

credere, quia dicit Esaias, Excæcavit oculos eorū ne videant. Iohan. 12. f. 39. Nā credere Lucas testatur, qui ad vitā sunt ordinati. Act. 13 g 48. Non cumulabo ex varijs Augustini libris testimonia, quæ innumera suppetere notum est.

Rom. 9. d. 16.

Artic. 97.

Annotatio, Non volenti, neque currenti quicquam tribuendum est, sed Deo misericorditer.

Cēsurā, Hæc propositio est hæretica, cum Paulus de prædestinatione loquēs, & gratia præueniente, non excludat alia.

Quid non excludat Paulus, ad meam defensionem nihil interest: sententiam istam indico haberi apud Paulum. En̄ censores ipsi indicem esse norunt, non commentarium. Lectoris deinde est, ex circumstantia loci dispicere quid velit Paulus: nempe gratuitam esse Dei electionem, & solius Dei misericordia: quoniā in ea nullū habeant locum cursus & voluntas. Quòd si ista lege, vel potius tyrannide nos teneant obstrictos: incendio tradendi erunt omnes indices. Si posuero, Mosē & Aaron non dedisse gloriam Deo, locum ex Numeris, 27. c. 14. notans: ero

o. iij.

Et

¶